

375
Cancellarius de mandato R. in Ch. P. & D.D. T. (Thomæ) Dei gratia Aquensis Episcopus fideliter extraxi summarium de quadam copia reperta in archivio instrumentorum, & jurium Aquensis Ecclesiæ.

Literæ Urbani VI. delegantis Abbatem S. Petri de Burgolio in causa Archidiaconi Alexandriæ adversus monasterium S. Margaritæ circa jus visitationis.

356 MCCCLXXXVI.
In nomine Domini amen. Anno Nativitatis ejusdem MCCCLXXXVI., indictione IX., die X. mensis decembris in Alexandria sapiens, & discretus vir D. Dominicus Rana I. V. peritus iudex, & consul justitiæ communis Alexandriæ ad bancum quarterii Roboreti sedens pro tribunali in ejus domo suæ propriæ habitationis ecc. præcepit mihi Gulielmo de Puteo Notario ecc. ut rescriptum SS. in Christo Patris, & D.D. Urbani D. Prov. P.P. VI. authenticarem, & in publicam formam redigerem, ut ubilibet faciat plenam fidem: & hæc ad instantiam Presbiteri Joannis Paxerii Archipresbiteri ec., & Presbiteri Blaxii Ghilini Præpositi majoris Ecclesiæ ecc. præsentibus Domino Confrono Merlano, Giorgio Rana filio quondam Ruffini, & Johannino de Amedeo testibus ecc.

Urbanus Episcopus servus servorum Dei dilecto filio Abbati monasterii S. Petri de Bergolio de Alexandria Aquensis Diocesis salutem, & Apostolicam benedictionem. Sua nobis dilecti filii Franciscus Archidiaconus, & capitulum Ecclesiæ de Alexandria Aquensis Diocesis petitione monstrarunt, quod cum olim idem Archidiaconus (cum Archidiaconus dictæ Ecclesiæ, qui est pro ipsis caput dictorum capituli existat, & ad ipsum, & suo, & ipsorum capituli nomine visitatio, correctio, & punitio Priorissæ, & Conventus monasterii S. Margaritæ de Alexandria ordinis S. Augustini dictæ Diocesis de antiqua, & approbata, & hætenus pacifice observata consuetudine pertineat) dictas Priorissas, & Conventus in eorum monasterio juxta eandem consuetudinem visitare vellet, præfata Priorissa, & certæ Moniales earundem Conventus impediverunt minus juste, quominus dictus Archidiaconus eandem Priorissam, & Conventum, ac Monasterium visitare posset, & inobedientes occasione visitationis hujusmodi (1), Priorissa, ac Moniales prædictæ ad Curiam Mediolanensem loci Metropolitanum (cum ab Archidiacono dictæ Ecclesiæ pro tempore existente ad eandem Curiam de simili consuetudine tam judicialiter, quam extrajudicialiter appellari possit) appellaverunt; & deinde præfata Priorissa, & Conventus falso prætendentes dictum Archidiaconum eas, & dictum Monasterium visitare non posse, dictos Franciscum Archidiaconum, & Capitulum in causam appellationis hujusmodi coram Vicario in spiritualibus Gen. Ven. Fratris nostri Antonii Archiepiscopi Mediolanensis traxerunt in causam. Idemque Vicarius cognitis hujusmodi causæ meritis, & juris ordine observato definitivam, per quam dictus Archidiaconus Priorissam, & Conventum, ac

376
Monasterium prædictum visitare posse (2), sententiam promulgavit, a qua pro parte Priorissæ, & Monialium prædictarum eam iniquam fore falso asserentium fuit ad Sedem Apostolicam appellatum, ac Priorissa, & Moniales prædictæ super appellatione sua hujusmodi nostras ad Abatem monasterii S. Marciani extra muros Terdonenses sub certa forma literas impetraverunt, dictosque Archidiaconum, & Capitulum fecerunt in causam venire appellationis hujusmodi coram dicto Domino Abate dictarum literarum prætextu (3) ad iudicium evocari, dictusque Abbas perperam in hujusmodi causa procedens definitivam, per quam eandem sententiam revocavit, sententiam promulgavit iniquam, a qua quidem sententia ipsius Abbatis pro parte dictorum Archidiaconi, & Capituli fuit ad sedem prædictam appellatum. Quo circa discretioni tuæ per Apostolica scripta mandamus, quatenus de utroque processu cognoscens legalitatem illius, quem legitimum inveneris, approbes, reliquo prout iustum fuerit improbatum, prout de jure erit faciendum. Testes autem, qui fuerint nominati, si se gratia, odio, vel timore subtraxerint, censuris simili appellatione cessante, compellas veritati testimonium prohibere ecc. Dat. Januæ V. idus aprilis Pontificatus nostri VIII.

Ego Gulielmus de Puteo filius Gregorii civis Alexandrini publicus Imperiali auctoritate Notarius superscriptas literas, seu rescriptum exemplavi, scripsi, subscripsi, & cum originali publico una cum infra scriptis Notariis auscultavi, legi ecc. Ego Joannes Moscardus Imperiali auctoritate Notarius civis Alexandrinus ecc. Ego Canefrus Imp. auct. Not. ecc.

- (1) Hic aliquid deest uti punire.
- (2) Hic erratum a scriba: forte possunt.
- (3) Forte hic apponendum &c.

Sententia ad normam deditiois factæ a civibus Aquens. Gulielmo M. Montisf. an. 1278.
MCCCLXXXVI. 357

In nomine Domini amen. Nos Guardonius de Guastonibus in jure civili licentiatus Vicarius generalis illustris, & excelsi Principis D. D. Theodori Marchionis Montisferrati, ac Commissarius specialiter deputatus in causis appellationum interpositarum per Petrum Azetum, Albertinum Bullam suo nomine, & ut patrem, & legitimum administratorem Canturri ejus filii de Aquis in quibusdam sententiis contra dictos Petrum Albertinum, & Canturum latis per Pastorum Ferrandum de Cazzulino de sancto Salvatore olim militem, & locum tenentem quondam egregii militis Domini Joannis Bastardi de Monteferrato olim potestatis civitatis Aquis, ut de dicta commissione constat, & apparet tenore, & ex forma quarundam literarum, quarum tenor describitur in hac forma. „ Joannes Bastardus „ de Monteferrato locum tenens illustris Domini Marchionis ecc. causam appellationis ad nos interpositæ per Petrum Azetum, Albertinum Bullam suo proprio nomine, & vice, & nomine Canturri „ ejus filii in quibusdam sententiis condemnatoriis „ latis contra ipsos per Pastorum de Cazzulino